

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Oratio g  
cum fonte primo

Fideliter supplicans Deo pro  
necessitatibus huius uite et  
misericorditer auditur et misericorditer  
non auditur. Quid enim infirmo sit utile  
magis nouit medicus quam egrotus.

Augustinus in libro sentenciarum  
Prosperi.

Fideliter supplicans Deo pro  
necessitatibus istius uitae, et  
misericorditer auditur, et misericorditer  
non auditur. Quid enim infirmo sit utile,  
magis nouit medicus quam aegrotus.

Prosper Aquitanus, *Liber sententiarum*,  
213 (CCSL 68A, M. Gastaldo ed., p.307,  
ll.1-3).